

In Leonardum Fuchsium apologia / autore, Michaele Villanouano.

Contributors

Servetus, Michael, 1511?-1553.
Villanouano, Michaele.
Dr. Williams's Library.

Publication/Creation

London : Oxford University Press, [1909]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/bdrjuwkp>

License and attribution

Conditions of use: it is possible this item is protected by copyright and/or related rights. You are free to use this item in any way that is permitted by the copyright and related rights legislation that applies to your use. For other uses you need to obtain permission from the rights-holder(s).

**wellcome
collection**

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

(2)BA.CA.AA5

A 1000 Series


~~1000~~
1000



22501278060

[SERVETIUS (Michael)] In Leonardum Fuchsium Apologia. Autore Michaeli Villanovano. Without name of place or printer. [Lyons, Gilles Huguetan.] 1536. [Facsimile Reprint 1909.]


8vo. Boards. The original of this facsimile is one of the rarest items in the bibliography of Servetus. It is doubtful whether more than two copies are in existence. The reproduction is an excellent specimen of Collotype work by the Oxford University Press from the copy in Dr. Williams's Library, London. From the title, the device on the title, and the woodcut on the last page, it has been identified as from the press of Gilles Huguetan of Lyons, who printed there from 1527 to 1544. The work was not however known to Baudrier Bibliog. Lyonnaise, who reproduces the type, device and cut from other works of the period. Servetus was a philosopher before he was a doctor. He based his discoveries on the theological idea, then widely held, that the soul of man dwelt in the blood-stream. From this he argued that to obtain a knowledge of the soul it was necessary first to study the origin and movements of the blood itself, especially with reference to its circulation in the lungs. Thus he came nearer than any of his contemporaries to the facts.





Digitized by the Internet Archive
in 2016

<https://archive.org/details/b24859254>






(2) BA.CA.AA5


IN LEONARDVM
FUCHSIVM APOLOGIA,
Autore Michaelē Villanouano,



*D. Williams's Library
London.*



1536.



CLARISSIMO VIRO DOMINO
CAROLO A STAGNO. S. R. ECCLESIAE
protonotario ac lugdunensis camerario,
Michael villanouanus, S. D.

SI id disputandi genus, quod calumnijs
est potius, quã eruditione refertum, viri
cuiusque grauis iudicio dãnandũ censes,
nobilissime Carole, mittẽdum scio dices
esse Fuchsiũ, vt sua feritate ac petulantia agrestes
Scythas, & feros trachas expugnet. Cæterum quum
Thessalus iste, non modo peritos ferẽ oẽs medicos
cõuitijs insectetur, sed & ecclesiam catholicã impie
proscindat: non potui mihi temperare,

quin & pro ecclesia, vt pro
matrefilius, & pro Symphoriano Campegio, cui
vt discipulus multa debeo, aliquid scriberẽ. Nam ei
succenset fuchsius quia Sebastiani Montui studium
commẽdat. Sed quodnã obsecro crimẽ est, si eruẽde
veritatis gratia eius conatum laudem, qui a me ipso
dissideat. Eacerte est Cãpegij modestia, sed Fucchius
austerus homo id ægre fert. Tales hęc ętas producit
nouos euãgelistas, vt nihil minus sapiant, quã Chri-
stianam mansuetudinem. Sed de ecclesia loquentem
Fuchsiũ audiamus, qui in epistola proęmiali para-
doxorum suorũ sic ait: Hoc quoq; noĩe ne Papistis
quidã, hoĩbus vëtri, tantũ modo deditis, cõcionã di

locū esse permittis, quod vnū hoc coneris, vt apud
 tuos passim Christus purè annūtiatur. Hęc ille. Alia
 etiam in ipso operis progressu interserit non minus
 erronea, quā scelerata: & Paulum apostolum imper-
 tinenter citat, vt possit Montuum calumniari. Sed
 non est quod pro Montuo defensionē sumā, quum
 ipse propediem, quę in Fuchsiū scribit, sit in lucē
 daturus, quibus impudens hominis iactantia faciliē
 detegatur. Sic enim sibi triūphū adscribit, & vicisse
 contēdit, vt instar temerarij equitis, dū magno im-
 petu ascensum ī equū molit, in alterā partē præcep-
 suat. Nec id sibi sat esse putat, nisi & hereticum se esse
 prodat, & alios in heresim abducere conetur. Vnde
 operepretium me facturum putauī, si antē quā duos
 Cāpegij locos a fuchsiō male notatos attigā, de fide
 & operibus aliquid differam, ne imbecillus aliquis
 Fuchsiij errore seducatur. Reliquū est humanissime
 Carole, vt hoc quidquid est nostrę supellectilis ob-
 uis manib⁹ & hilari frōte suscipias, & a fuchsiij vene-
 natis dentibus ecclesiā nostrā, & clientes tuos Mon-
 tuū & Cāpegium strēnuē defendas. Vale meccenas
 optime. Lutetię Parisiorum pridie Idus nouēbris.

1536.

¶ De fide & operibus.



Rem ferē totum Christianū cōcutit quę-
 stio, meo iudicio facilis de fide & operib⁹
 qualiter ad vitā ęternam vtraq; cōducāt.
 Nam Lutherani operibus nec quicquā tri-

buere volunt. quorū argumenta refellere, & errorē
detegere non erit arduum: quia iustificationis vim
non satis intelligunt. Demus eis, quòd credenti alio
cui in Christū dicat ipse saluator, Fides tua te saluū
fecit, vade in pace. Iste certè sola fide iustificatus est
sine operibus, sicut Abrahā, Roma. 4. Nam aditus
ad euāgelium Christi vel ad Christianismum ipsum,
nulla opera ad iustitiam requisita pręsupponit, sed
est ad Christum accessus per ostium fidei, & non
per circumcisionē. Et iustificari aliud nihil est, quā
ex impio fieri acceptū deo, & Christi militiæ adscri-
bi: quod per fidē, & non per legis aliqua opera fieri
docet strēnuē Paulus contra Iudæos. An propterea
opera quę hanc fidem in Christiano iustificato con-
sequuntur erunt inutilia? absit. Quid est quòd Chri-
stus mercedē pro ieiunio promittit? Patrē etiā asserit
redditurū mercedem in propatulo pro eleemosyna
quę fit in occulto, Matth. 6. Et pro diligendo inimicos
premiū habebimus maius quā pro diligendo
amicos, Matt. 5. & Luc. 6. Plus etiam diligenti plus
cōdonabitur, Luc. 7. Et vocāti pauperes ad mēsam
retribuetur pro eo opere merces in resurrectione ius-
torū, Luce. 14. Quin & pro dādo potū aque frigide
certam mercedē Christus ipse pollicitus est, Mat. 10.
Putant Lutherani omnibus iustificatis fore æqualē
gloriam, & reprobis æquales pœnas: quia ob nulla
facinora homines dānari astruunt, sed ob solū fidē

defectū: quo fit, vt Iudas ob maius peccatū non gra-
uius puniatur, quā quiuis alius infidelis. Ecce qua-
liter

Sed quid hęc commemo-
ro: quum sacris literis expresse constet futurum,
vt vnus in regno cœlorum alterum præcedat? Et
quibusdam tolerabilius erit in die iudicij q̄ alijs,
& quidam erunt filij gehēne duplo plus quā aliij, &
duplo grauius accipiēt iudiciū, & damnationē ma-
iorem ob mala opera, Matth. 23. Mar. 12. Alij quo-
que multis plagis vapulabūt, aliij paucis, iuxta de-
licti modum, Lucę. 20. Et sicut stella a stella differt in
gloria, sic & resurrectio mortuorū. 1. Cor. 15. Nec id
solum ob fidē, sed quia opera illorū sequūtur illos,
& quia iudicabitur de singulis secūdū opera ipsoꝝ,
Apoc. 14. & 20. itē Apoc. 18. duplicate duplicia secū-
dū opera eius: & quātū glorificauit se in delicijs, tā-
tū date illi tormentum. Hęcine est iustitia, quę ve-
nit ab Aquilone, vt ludę grauius delinquenti nō ma-
ior pœna infligatur? Nōne de omni verbo otioso red-
denda est ratio in die iudicij? Mat. 12. Quorsum ergo
attinet tam altū de dictis & factis scrutiniū vsq; ad
vltimū quadrantē, si opera nihil ad glorię vel pœnæ
faciant augmētū? Supremus quidē ille iudex in vlti-
mo iudicio iuxta cuiusque opera vel facta, ei pœnas
vel præmia rependet. sic em̄ ait Matth. 16. Fili⁹ homi-
nis vēturus est in gloria patris sui cū angelis suis, &
tunc reddet vnicuiq; iuxta facta ipsi⁹. Sup̄ recitatiōe

factorū etiā sententiā feret, dicēs, Esuriui, & dedistis
vel nō dedistis mihi manducare &c. Matth. 25. Nec
ad rē facit, quōd fidē suam dicant Lutherani nunq̄
esse otiosam: nam hoc, vt falsum est, si

quis dijudicat, ita non tollit
mercedis rationem, nec futurā in die iudicij pro bo-
nis operibus retributionem, quā Lutherani, si sanū
haberent iudiciū, facile admitterēt: quum & Christia-
nus fide iustificatus, per opera iustificatur adhuc, te-
ste Iacobo. Et per opera augeri incrementa frugum
iustitię nostrę testatur Paulus. 2. Cor. 9. & p̄ opa cōse-
quentia firmior efficitur electio, vocatio & iustifica-
tio nostra. 2. Petri primo. Si philosophus quidē esset
Fuchsius (nā theologū constat non esse) posset saltem
hanc hēresin improbare, eo modo quo Aristoteles
probat in operatione secundum virtutem consistere
fœlicitatem, & in habitu virtutis nō posse consistere
si virtutē habēs longo tēpore dormiat, aut ab opere
vacet, quod & in Lutheranā fidem habēte accidere
posse satis apparet, quātumuis ex habitu p̄ducantur
actus, & ex fide opera: oportet em̄ nouū ad operā dū
adhibere conatū vltra omnē habitū & fidei impul-
sum. Nā causa principaliter actiua est forma substā-
tialis, seu ipsa hominis volūtas, & fides & habitū sunt
instrumenta. Aliquē itaque operationū ipsarum ad
fœlicitatem haberi respectū decet, quē scriptura tāti
facit: quū etiā si opa ipsa nō cōsequantur, emoriatur

fides Iacobo teste, sicut deficientibus actibus refri-
gescit habitus secundum philosophos.

¶ De scammonio quod insigniter
Fuchsius hallucinetur.



Ad rem medicā iam properemus, & an Fuch-
sius vera loquatur excutiamus. Primum
de scammonio Paulus Ægineta, inquit fuch-
sius, lib. 7. febre carentibus, & stomacho
non imbecillis, pondus obolorum. 4. cum zinzibere
exhibendum docet. Et in compendio suo Oribasius. 3.
integram exhiberi posse asserit. Id quod non ideo dixi-
rim, inquit, quod tantam hodie de scammonio quanti-
tatem exhiberi posse putent, sed ut ostenderent scammo-
niam qua hodie utimur, non esse genuinam. Ni enim
adulterina foret, tunc ea quantitas quae a veteribus
prescripta est, dari posset. haec ille. Inde Campegium
impetit, quod male dixerit diuersum esse scammonium
Graecorum & Arabum. Et bellè Fuchsius asylum inuenit
quo, tacite obiectionem diluens, scammoniam nostram
dicit esse adulterinam. Sed quid de illa Arabum dicet,
si non esse genuinam, sed alijs rebus mixtam dicat? iam
nobiscum concludet, non eandem Graecorum & Arabum
esse scammoniam. Quis porro ita esset ferrea fronte, qui
nullos Arabum aut Christianorum asserat genuinam scam-
moniam nouisse. Quod si verum scammonium Arabes

nouerūt, vt ipse Fuchsius fatetur, quid dicet ad Mesuē, qui a granis quinque ad duodecim tantū exhiberi posse affirmat, & si quis vltra sumat, eum interficere: quū tñ Gręci grana sexaginta & plus exhibeāt: qui & Dioscorides vsq; ad drachmas duas ex eius radice dari posse ait? an non iste tantus excessus in simplici medicamēto differentiā arguit? Pręterea negat Fuchsius veracē esse Campegium, qui scāmonia Arabum scripserit eam esse de genere lactariorum, sed lacte Tithymalorū eam adulterari ait Fuchsius, & de hac Mesuen loqui cōtēdi mentiri. Mirū quòd sic audeat, Fuchsius in re tā apta. Sed Mesuen ipsum iterū legat, qui in principio capituli de scāmonia sic ait: Fit autē Scāmonea ex succo cuiusdā speciei volubilis. Quòd vero hęc volubilis species, citra omne tithymali lac sit de genere lactariorū, idem Mesue pręcedēti capite de volubili in hunc modum scribit: Et est quinta species ei⁹, cui⁹ radix est sicut fefiresim, & magis grossa, imò est grossitudo eius in modum cucurbitę maioris, & eius stipes eleuatur super radicē suam circiter cubitos duos, & folia eius sunt stricta, parua, in modum sagittę alata, quę ex leui causa fluūt, & habet lac, & vocatur dominus lacticiniorū, & ex ea fit scāmonea. Audi Fuchsi, qđ habet lac, & lacticiniorū tenet ptes prias volubilis illa ex qua fit scāmonea Arabū. Contrā, Dioscorides scāmonia lac habere non tradit, sed lacte adulterari. Ex signis deinde argumēta

tur Fuchsius, eandem esse oportere. Dioscorides namque hederacea & triangularia eius folia tradit, Mesue verò, ad modum sagittæ alatae. Sed quis est qui nesciat hederæ folia lata esse, plana, & non sic angulosa: nec eius cuius Mesue meminit formam referre, quum ipse loco iam citato asserat, eius folia stricta esse & parua: Sunt & alia multa, quæ utrinque collatis descriptionibus quadrare non videntur. Unde colligitur varias esse species scamoniæ, sicut varia sunt genera pomorû & pirorû, quæ tamen in aliquibus similitudinem qualèqualem referunt. Non enim fieri potest ut scamoniæ tantum a granis. v. ad. xij. propinari posse asserant Arabes, quod & medici omnes qui hodie praxin exercet experiuntur: quin à Græcorum scamoniæ illa differat, de qua illi. 3. vnâ vel duas dari tutò posse scripserunt. Huius rei testis locupletissimus est Auicenna, qui de scamonea sic ait: Ipsa verò in regionibus diuersificatur, ad eò quod ego vidi in quibusdam libris medicorum dosim eius plurimi ponderis. Ecce qualiter non tantum ob lac Tihymali mistum, sed ob regionum varietatem diuersificetur scamonia medicorum illorum Græcorum à scamonia Arabum. Ex his alia Fuchsij ratio penitus exploditur: nam à locorum ipsorum propinquitate arguit eandem esse scamoniæ: quia Dioscorides & Plinius de scamonia quæ ex Colophone Mysia & priene deportatur meminerunt, & Mesues de ea quæ ex Antiochia: quæ loca in Asia sunt omnia, Mesues quidem

de Antiochia meminit : sed quòd hæc sit Antiochia super Meandrũ non probat Fuchsius . Nam Antiochię duę sunt, signanter ea quę ad Taurum montem Armenię & Corasceni propinquior est . de quibus & Mesues meminit, & etiam de Arabia, quę remoti? à Gręcis distat. Vnde ratio hæc iualidissima est, quũ & Auicenna referat in diuersis regionibus colligi, atque ideo diuersam esse , tum etiam quia in eadem prouincia contingere posset hæc differentia in tanta rerum varietate vt in alijs plerisque herbis quę in hortis nostris nascuntur, medici omnes fatentur.

Morbum Gallicum à Campegiõ non
censeri esse Lichenen.

EX sola titulorum inscriptione ambiguam coniecturam in Campegiũ sumit Fuchsi?, vt ansam calumniandi habeat, nec ea quę in contextu leguntur expendit, sed solum corticem rapit. Est in Campegiõ aggregatore libr. 20. Cap. 12. inscriptio talis: De lichene seu mentagra, seu pudendagra, quam nostri Neapolitanum morbum vocant, Itali verò Gallicum. Quibus verbis nihil certius esse affirmat Fuchsius, quàm quòd morbum Gallicum sentiat Campegius fuisse lichenen. Solum titulum in hoc capite à Fuchsiõ reor fuisse selectum. Et mirum cur hoc loco in legendis Campegiõ libris tam

negligens fuerit Fuchsius, quum alias nō paucas sententias, & ipsum paradoxorum titulum, imò & verba integra de lapide cyaneo in sua transferre è Campegiij libris solitus sit. Ridicula sanè res, vt Fuchsius furtis totus scatès, Campegium de furto arguat, imò quum de suo nequeat iustum opus conficere, Græcis Galeni & aliorum verbis chartas replet, vt sua paradoxa in magnum volumen excrescant. Sed ad rem, vt verbis Platonis vtar, nō cortex nutrit, sed medulla. & in titulo ipso aliorum secutus est Campegius ei⁹ morbi appellationem, dicens Gallicum morbum à nostris lichenen nominari; in ipsa tamè capitis medulla, si morbus iste aliquando fuerit, lichenen nominari posse dicit potius, quàm alium antiquū morbum ob accidentium eius cum lichene similitudinē maiorē. Quæquidē cōditionalis, si morbus iste aliquñ fuerit, satis edocet cū nō asserere qd' fuerit. Nō igitur affirmat Campegius morbū Gallicū, quē nouū & irā dei esse vbiq; ipse cōstāter asserit fuisse lichenē. Quū itaq; in hoc morbo Fuchsius ipse & Cāpegius idē sentiant; nam ille nouum morbum, hic verò nouum & irā dei cum theologis esse fateatur. non est quod tam auidè Fuchsius minimas has venaretur calumniādi occasiones. Laudarē siquidem Fuchsiū si hæc honestissimo isti disputandi generi, citra tamè conuicia se exerceret, & aliorum in se adnotata æquè boni cōsularet, sicut sua in alios consuli debere iudicat. Nā nec

Montius nec Cāpegius, nec aliij eo sunt animo vt q̄
quā veritate charius habeant. Nec Arabes sicubi erro
rarint quisq; præter rationē, defendere studet. Quin
potius Leoniceni Mænnardi Fuchlij & aliorum studia
habent, vt veritatem ipsam charissima, etiam si inte
rim, vt veritas ipsa clarius elucescat, eis concedi
velint disceptandi locum.



Tatuerau huic opusculo supremam, vt
dicitur, manum imponere: verū obstitit
Guillelmus. Guidobaldus Bellouacensis
quidam medicinæ artis studiosus. Ita se ne
Græcarum literarum planè rudis videretur philiatrō
modestè scilicet prædicat, in sua aduersus Antoniū.
Galfredum Condriceum peoniæ artis professorem
eximiū apologia: quē Hetruscę academię obtrecta
torē vocat, modestius quidē ac verius si castigatōrē
dixisset. Is nihil cōtra florentinam illam Academiā
differuit, quod non celebrium medicorum autho
ritate atque inuicta rationum acie inuenerit. Sed ne
longa verborum circuitione lectorem diutius re
moremur, in harenam paulisper descendamus, non
vt Antoniij Galfredi partes tueri videamur, vt qui
suo marte Gulielmi Guidobaldi imbelles sanè im
petus tanquam fulgur ex vitro confringere, nedum
sustinere facilè posset. Sed vt Bellouacensem illum
cōmonefaciamus neminē beluina rabie ita acriter

ne dicam atrociter insectandum, & si tota (vt aiunt) via errare vel lippis atque tonsoribus appareat. Quid si Galfredus noster ingenuo quodam candore Hetruscorum placita refutauerit, qui eò non insolenti modo (nam id vulgare vitium est) verùm etiam temeritatis deuenere, vt syrupos saluberrima artis nostrę adminicula prorsum dānauerint, exploserint, que ac tanquam vanas hominum imposturas è medio sustulerint? His accedunt pulueres Cordi familiares, quos è medicamētorum familia radicitus cōuellere nituntur. Ad hæc tenues humores (cuiusmodi sunt biliosi) circa principia, nullā que expectata præparatione siue digestionem purgandos esse contendunt, eos tamen euacuationi præparantes, qui præ crassitie (quæ extenuanda) & tentare qui incidendus abstergendusve est expulsionem contumaces existunt. præter ea Veratrum, quod tantopere Hippocrates cæterisque veteres ac præcipui medici auersantur, nullo quasi discrimine exhibent. In quos (nissime genuina quędam modestia cohiberet) ac præsertim Bellouacensem illum tam acerbè agerem, vt reliquis nostrę ætatis calumniatoribus scolisque obtrectatoribus exemplo forent demonstratorijs scientificisque rationibus, nō contumelijs ac maledictis cōfligendum. Sed his supersedere tempestiuum est, quando mihi satis cōpertum est. Antonium Galfredū Bellouacēsi nisi si coruum potius q̄ medicinę

studiosum putes eum qui crocitatorem virum doctum iuxta ac probum appellare non veretur, ut sua testis est apologia. Sed viderit ne suis à Condricco depingatur coloribus. Campegium taceo, virum & rebus & literis percelebrem: quem quidem virum pluris faciendum quàm decem Guidobaldos omnibus in confesso est, què certò scio in Bellouacensem scripturū, quādo illi iniurius esse non est veritus, ni hoc certandi genus Campegiāni auditores, qui nec pauci, nec indocti habentur obuijs (ut aiunt) signis, ante uerterēt: indignum ducentes Guidobaldū ac impiū cū quo tā illustris eques ac medicus cōgredi debeat. In primisq; Anto. Galfredus iam aperto Marte lacessitus què ita acri animo dimicaturum non hēsito, ut Hetruscorū trophæis onustus victor ad suos redire facile possit.

¶ Finis.

D. W. L.

